

1364 juli 11, DOZA 2152

DOZA oorkonde 2152; 11 juli 1364

Transcriptie Jan Timmers

Afschrift door Willem Cox van een instrument van notaris Adam van Mierd, waarin Arnoldus Bet van Driel, wonend in Vucht, al zijn rechten die hij had in de tiende van Milheeze in de parochie Bakel, die hij had gekregen van priester Lambertus de Langevape, heeft overgedragen aan Bartholomeus van Beke ten behoeve van de broeders en de heren van het Duitse Huis. Getuigen waren de priesters Arnoldus van Uden en Johan van Uden alias van Berchem en de klerk Arnoldus genaamd Grans.

In nomine domini amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno nativitatis dominice millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, inductione secunda, mensis julii die undecima hora vesperarum in mei notarii publici et testium subscriptorum presentiae personaliter constitutus discretus vir Arnoldus dictus Bet de Driel commorans ad presens in villa de Vucht sita prope Buscumducis non adhoc inductus, seductus vel coactus dolo vel fraude seu alicuius personae qua..uis suggestione, sed propria liberaque sui voluntate ac super hoc suo maturo fretus consilio, ut palam dicebat, publico confessus fuit et palam libereque recognovit, se nullum ius ac nullam actionem et proprietatem quovis modo habere in decima de Milheze in parrochia de Bakel situata, nunc ad fratres seu dominos Teutonicos domus Teutonice spectante, que quidem decima dudum fuerat domini quondam Lamberti dicti die Langhepape presbijteri seu que decima ad ipsum dominum quondam Lambertum seu aliquem alium in toto vel in parte spectare consuevit et pertinere. In superdictus Arnoldus non adhoc inductus, modo quo supra omne ius omnemque proprietatem et actionem tam realem quam personalem, quod et quam in dicta decima habunt en habere quovismodo potuit Bartholomeo de Beke ad opus usilitatem et fructionem perpetuam dictorum fratrum seu dominorum Teutonicorum libere dedit, tradidit, cessit, supporatvit et effestucando modo in talibus solito, verbis ad hoc aptis et omnibus modo et forma quibus melius et fimius potuit, resignavit. Promittens dictus Arnoldus pro se, suis heredibus ac successoribus universis ad manum mei notarii publicii subscripti solemniter stipulantis iure et nomine omnium, quorum interest fide sua preslita corporali loco iuramenti se contra recognitionem, donationem, supportationem, cessionem et resignationem huiusmodi non venire seu facere debere, aliquo modo seu aliqua causa, arte vel ingenio, de iure vel defacto, tacite vel expresse, in iudicio vel extra iudicium, per se alium vel alios, sed eas et earum quamlibet ratas et firmas perpetuo debere inviolabiliter obsecuare et inconcesses omni dolo et fraude in premissis semotis penitus et exclusis. Exceptionibus ingratitudinis, legibus et uiribus universis ac omnibus aliis exceptionibus, quibus contra promissa venire posset aliquomodo, simpliciter renunciando in premissis et quo;obet premissorum et specialiter uire dicenti generalem renunciationem non valere nisi in quantum sit expressa. Conventum erat etiam et conditione interclusum quod sepeditus Arnoldus prefato Bartholomeo de recognitione, donatione, supportatione et resignatione prescriptis atque super omnibus et singulis prenarratis iuxta modum et formam prescriptam dabit et tradet ac dare et tradere tenebitur literas scabinalis scabinorum de Buscoducis quam cito a dicto Bartholomeo ad hoc fuerit requisitus. Acta fuerunt hec in Buscoducis in parrochiali ecclesia S. Joannis Evangelista, ibidem presentibus honorabilis viris et discretis dominis Arnoldo de Uden, Joanne de Uden alias de Berchem presbijteris et Arnoldo dicto Grans clericu Leodiensis diocesis, testibus ad promissa restificandum vocatis specialiter et rogatis, sub anno inductione mense die et hora quibus supra.

Et ego Adam de Mierd de Buscoducis clericus Leodiensis diocesis auctoritate imperiali publicus et curia Leodiensis notarius, quia premissis recognitioni, donationi, supportationi et resignationi, ceterisque prenarratis una cum testibus antedictus presens inter sui vocatus idcirco hoc presens publicum instrumentum exinde confeci quod proprie manu conscripti et signo meo solito signavi et consueto rogatus in testimonium premissorum et requisitus.

Concordare eam suo originali attestor Wilhelmus Cox vigore ultimi sec..mi Circipis Leod.
Evicti m...tus et app...tus Nots.

Op apart papier

Copia authentica instrumenti notarialis, vigore cuius Arnoldus dictus Bet de Driel, ad opus fratrum Teutonicorum, libere dedit, cessit, ac supportavit Bartholomeo de Beke, omne ius,
quod habuit in decima de Milheze sub parochia de Bakel situata. 11 julij 1364